



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CV. Carthusiani uti nequeunt Privilegiis Regularium sine licentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

ANNO
1682.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

367

ANNO
1682.

fringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris, seu Constitutionum Congregacionis prefatae reduci, seu adversus illas oris aperiotionis, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessa, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabat inviolabiliter, & inconcusse observari.

§. 4. Sieque, & non aliter in praemissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoilibet quamcumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Ordinis, & Congregationis Mantuanæ, ejusque Conventuum quorumcunque, & aliis quibuslibet, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque Indulsi, & Literis Apostolicis eisdem Ordini, & Congregationi, & Conventionibus, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibuslibet, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis claufulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries, & quantcumque vicibus confirmatis, approbatib, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhuc servanda foret, tenores hujusmodi, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, caterisque contrariai quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut carundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habetur, que haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pifcatoris die XII. Junii MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Privilegia aliorum Regularium d. Ordini concessa fuerunt a Greg. XV. Conf. ed. 1623., Febr. 3. P. 2. ab Alexandro III. confirmatus fuit Ordo Conf. ed. 1176., Sept. 2., P. 17., & ab hoc Pontifice approbata fuere illius nova statuta Conf. ed. 1688., Martii 27. P. 12., item extat confirmatio alterius Decreti Capituli pro quedam Taxa Conf. ed. 1682. Aug. 24. P. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dat. 31. Julii
1682. An. 6.

Ad futuram rei memoriam.

E xponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Carthusien., quod cum fel. rec. Gregorius PP. XV. predecessor noster eidem Ordini Privilegia aliis Regularibus concessa gratijs communicaverit, Capitulum Generale dicti Ordinis anno 1679. celebratum, ut statuta ipsius Ordinis, quæ præcipue ob solitudinem, & silentium, specialia, & strictiora, quam aliorum Ordinum sunt, illibata servaret confidens, ex communicatione privilegiorum hujusmodi aliquos ejusdem Ordinis Monachos inveniri, qui sibi placentia licere putarent, & prætextu opinionum quorundam Theologij moralis Doctorum de hujusmodi privilegiis nimis large sententium, atque etiam quorundam verborum in ipsis Literis Apostolicis contentorum, quæ pro captu interpretabantur, statuta prædicta penitus evertere conarentur, illaque per privilegia hujusmodi abrogata esse censerent, se iisdem privilegiis frui debere pertinaciter affererent, ad præcludendam tot erroribus viam, prævertendamque animarum perniciem, quæ inde potuisset exoriri, decretum, seu Statutum edidit tenoris, qui sequitur videlicet. Ex Sedis quidem Apostolica gratia Ordo gaudet communicatione Privilegiorum aliorum Regularium Ordinum, ut patet ex Bulla Gregorii PP. XV. sed ne ullus unquam abusus ex tam amplis privilegiis irrepatur inter nos contra mentem Ordinis, & ipsius Sedis Apostolica, quæ juxta exigentiam temporum, privilegia ipsa explicat, aut restringit, statuimus, & ordinamus, ne ulla persona Ordinis possit uti privilegiis aliis Regularibus concessis circa casus, censuras, & dispensationes, quæ in nostris Statutis expressa non habentur, absque scitu, & consensu Rev. Patris, aut Capituli Generalis, ad quod pertinet privilegiorum istorum dispensatio. Cum autem sicut eadem exposito subjungebat dictus Procurator Generalis Statutum, seu Decretum hujusmodi, quo firmus subliest, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nobis propterea dilecti etiam filii Superioris Generalis dicti Ordinis, ac Capituli Generalis prædicti nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur Superiori Generalem, & Procuratorem Generalem præfatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodata existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censerent, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, præinsertum Decretum, seu Statutum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmatatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui defuper quomodolibet intervenerent, supplemus.

Causa d.
Decreti exti-
tit abusus
Privilegii a
Greg. XV.
concessi.

Decretum
Capituli Ge-
neralis.

Preces Su-
perioris, ac
Procuratoris
Generalis.

Confirmatio
supra re-
lati Decreti.

CV.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ord. Carthusien., quo statuitur, ne quis utatur privilegiis aliorum Regularium in nonnullis casibus sine consensu Rev. P., aut Capituli Generalis.

H h 4

§. 2. De-

S. 2. Decernentes eadēm præsentēs Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrōs effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; sive in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanuis ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumpsis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem proorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habetur; qua haberetur ipsi præsentibus si forent exhibite, vel ostendae.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXXI. Jul. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CVI.

Transfertur Indulgentia Plenaria perpetua in Festis SS. Placidi, & Mauri ad Festa SS. Zoili, & Felicis in Monasterio S. Zoili de Carrion Patentinæ Dicccesis.

Prædicta Indulgentia in Festis SS. Placidi, & Mauri concessa fuit a Clemen. X. Constitut. ed. 1671. Dec. 19. P. 2.

Dat. 24. Aug.
1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas, & Monachi Monasterii Saæti Zoili Locri de Carrion Patentinæ Dicccesis Ord. Sancti Benedicti, quod inter alias Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiariam relaxations Christifidelibus Ecclesie Ordinis ejusdem S. Benedicti visitantibus, a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessas, fel. recor. Clemens Papa X. Prædecessor pariter Nostræ, omnibus, & singulis utriusque sexis Christifidelibus, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum, tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium, eatenus erexit, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ, ac Placidi, & Mauri festis diebus, necnon die decima tertia Novembri, qua omniū Sanctorum Ordinis prædicti Commemoratio ibidem fieri solet a primis Vesperis, usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitasseit, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, quo die ex prædictis id egilient plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in

A Clemen.
X. concessa
fuit præd.
Indulgentia in
festis S. Be-
nedicti, Scho-
lasticæ, Pla-
cidi, & Mau-
ri.

Domino in perpetuum concessit, prout in litteris Apostolicis desuper in simili forma Brevis die decima nona Decembri 1671. expeditis ubi continentur.

S. 1. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat prefata Ecclesia Monasterii S. Zoili de Carrion a Christifidelibus illarum partium, diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri, minus frequentetur, majorque ad illam confluat Fidelis Populi multitudo in diebus Festis Sanctorum Zoili, ac Felicis Martirum quorum Corpora (ut pie creditur) in eadem Ecclesia honorifice collocata sunt. Nobis propterea d. Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur supplicationibus eorumdem Abbatis, & Monachorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentiam plenariam diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri concessam, ut præfertur, quoad Ecclesiam Monasterii S. Zoili de Carrion dumtaxat in diebus festis eorumdem Sanctorum Zoili, & Felicis Martyrum; ita ut Christifideles vere penitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui de cætero eamdem Ecclesiam in diebus festis memoratorum Sanctorum Zoili, & Felicis a primis Vesperis, usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi, ut supra oraverint, quo die prædictorum id egerint eamdem plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum, & remissionem consequantur, quam consequerentur si in ipis festivitatibus Sanctorum Placidi, & Mauri Ecclesiam prædictam visitarent, servata tamen cæteroqui supradictarum literarum forma, & dispositione, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo transferimus; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIV. Aug. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Preces Ab-
batis, & Mo-
nachorum.

Translatio
prefatae In-
dulgentie.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de electione S. Ignatii de Loyola in Patronum Regionis Cantabriæ.

Similem electionem S. Josephi habet Condit. ad 1671. Apr. 19. P. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacritibus præpositorum emanavit ad favorem dilectorum filiorum Communitatium, ac Universitatum, & hominum, Civitatum, & Locorum, Regionis illius Cantabriæ, quæ Hispanice Vizcaya nuncupatur Decretum tenoris, qui sequitur: videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eñi, & Rñi Dñi Cardinalis Columnæ, cognita causa, quod Regio illa Cantabriæ, quæ Hispanice Vizcaya nuncupatur per omnium Civitatum, & Locorum suffragia elegit sibi Patronum unicum Sanctum Ignatium de Loyola Societatis Iesu Fundatorem ob præstantem ejus Sanctitatem, & specialem omnium propensionem in eum, utpote illius dominatus originarium, & hujusmodi electio facta fuit servatis servandis juxta Decretum super electione Sanctorum in Patronos ab eadem Sacra Congregatione iussu fel. rec. Urb. VIII. sub die 23. Martii 1630. emanatum, prædictam electionem approbavit, & confirmavit: Et de præfato S. Ignatio, ut præfertur in unicum Patronum principalem sic electo, prærogativas omnes eisdem

CVIL

Dat. 7. Sept.
1682. An. 6.

Decretum
præd. Con-
gregationis.

unicis